S I G I S M V N D V S

Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. necnon Regni Svetiae proximus haeres et futurus Rex. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Devolutam fuisse ad nos et Iudicium nostrum per viam appellationis a sententia Officii Consularis Cracovien. interpositae causam et actionem inter Famatos Seniores et iuniores totumque Contubernium Sartorum Civium Clepardien. actores ab una, et Famatos Pannicidas Cracovien. Citatos parte ab altera occasione rerum et operum artificii sui per Citatos in foro antiquario tempore Nundinarum receptarum, Necnon occasione certarum iniuriarum circa eandem receptionem actoribus illatarum. In qua causa Officium praedictum Consulare eosdem Citatos a causa et impetitione actorum liberos pronunciaverat, perpetuum silentium eisdem imponen. Ratione vero violentiae certis personis per citatos illatae debere actores si voluerint querellam suam contra easdem personas specificate singillatimque dirigere cum eisque iure agere. A quo decreto actores ad nos Iudiciumque nostrum appellaverant. Quemadmodum processus istius causae et controversia partium, latius de praemissis testatur. In termino itaque hodierno Iudicii Relationum nostrarum propriarum, ex receptione causae ad nos per Assessores Iudicii nostri facta incidente et huc usque continuato, Partibus praefatis Actorea per Famatum Mathiam Sowiec, Citata vero per Spectabilem Ioachimum Czepielowski Consulem et Nobilem Casparum Olurowski [illegible] Syndicum Cracovien. Plenipotentes suos coram Nobis comparen., cumque terminum attentan. controversiasque suas repeten. Privilegiaque sua producen. et appellationem praedictam iudicialiter prosequen. Nos cum Consiliariis lateri nostro assidentibus, audita et ut par fuit perpensa partium praefatarum controversia, Privilegiisque per partes productis lectis, Sententiam Officii Consularis Cracovien. approbandam et confirmandam esse duximus, approbamusque et confirmamus, cum ea tamen declaratione nostra, ut liceat actoribus praefatis tempore Nundinarum saltem quam diu iuxta iura et Privilegia Civitatis Cracovien. determinatae non fuerint, vestes cuiuscunque generis in Civitate Cracovien. vendere, modo ad conficiendas eas vestes pannum non alibi quam apud Pannicidas Cracovien. a Pannicidiis sive ulnatim sive per stamina emant, neque eum aliunde adducant vel in domibus suis deponant, et nullisque alii pannis vestes tempore Nundinarum venum exponend. conficiant, nisi ex iis quos apud Pannicidas Cracovien. et pannicidium [illegible] emerint, sub amissione rerum seu vestium omnium, si quas aliter [illegible] confectas [illegible] venum exposuerint. Quod vero res receptas attinet, decernimus ut eas Citati actoribus restituant quatenus restitutae non sunt. De violentiis quoque et verberibus salvam actionem contra personas privatas parti actoreae reservamus iuxta praescriptum eiusdem decreti Consularis Cracoviensis, praesentis Decreti nostri vigore. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria quinta post Festum Sanctae

niemo!



SIGISMVNDVS

Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. necnon Regni Sveciae proximus haeres, et futurus Rex etc. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Devolutam fuisse ad nos et Judicium nostrum per viam appellationis a sententia Officii Consularis Cracovien. interpositae causam et actionem inter Famatos Seniores et juniores totumque Contubernium Sartorum Civium Clepardien. actores ab una, et Famatos Pannicidas Cracovien. Citatos parte ab altera occasione rerum et operum artificii sui per Citatos in foro antiquario tempore Nundinarum receptarum. Necnon occasione certarum iniuriarum circa eandem receptionem actoribus illatarum. In qua causa Officium praedictum Consulare eosdem Citatos a causa et impetitione actorum liberos pronuntiaverat perpetuum silentium eisdem imponen. Ratione vero violentiae certis personis per citatos illatae debere actores si voluerint querellam suam contra easdem personas specificate singillatimque dirigere cum eisque iure agere. A quo decreto actores ad nos judiciumque nostrum appellaverant. Quemadmodum processus istius causae et controversia partium, latius de praemissis testatur. In termino itaque hodierno Judicii Relationum nostrarum propriarum, ex receptione causae ad nos per Assessores Judicii nostri facta incidente, et hucusque continuato, Partibus praefatis Actorea per Famatum Mathiam Sowies(?) Citata vero per Spectabilem Joachimum Czepielowski Consulem et Nobilem Casparum Olurowski(?) Mixta Syndicum Cracovien. Plenipotentes suos coram Nobis comparen. cumque termin. attentan. controversiasque suas repeten. Privilegiaque sua producen. et appellationem praedictam iudicialiter prosequen. Nos cum Consiliariis lateri nostro assidentibus, audita et ut par fuit perpensa partium praefatarum controversia, Privilegiisque per partes productis lectis Sententiam Officii Consularis Cracovien. approbandam, et confirmandam esse duximus, approbamusque et confirmamus, cum ea tamen declaratione nostra, ut liceat actoribus praefatis tempore Nundinarum saltem quamdiu iuxta jura et Privilegia Civitatis Cracovien. determinatae non fuerint, vestes cuiuscunque generis in Civitate Cracovien. vendere, modo ad conficiendas eas vestes, pannum non alibi quam apud Pannicidas Cracovien. a Pannicidis sive ulnatim sive per stamina emant, neque eum aliunde aduehant vel in domibus suis deponant, ex nullisque aliis pannis vestes tempore Nundinarum venum exponend. conficiant nisi ex iis quos apud Pannicidas Cracovien. ex pannis eorum emerint, sub amissione rerum, seu vestium omnium, si quas aliter [illegible] confecerint et venum exposuerint. Quod vero res receptas attinet, decernimus ut eas Citati actoribus restituant quatenus restitutae non sunt. De violentiis quoque et verberibus. Salvam actionem contra personas privatas parti actoreae reservamus iuxta praescriptum eiusdem decreti Consularis Cracoviensis, praesentis Decreti nostri vigore. In cuius rei fidem et testimonium Sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria quinta post Festum Sancti

7.

niema!



S I G I S M V N D V S

Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc. necnon Regni Svetiae proximus haeres et futurus Rex etc. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Devolutam fuisse ad nos et Judicium nostrum per viam appellationis a sententia Officii Consularis Cracovien. interpositae causam et actionem inter Famatos Seniores et Juniores totumque Contubernium Sartorum Civium Clepardien. actores ab una, et Famatos Pannicidas Cracovien. Citatos parte ab altera, occasione rerum et operum artificii sui per Citatos in foro antiquario tempore Nundinarum receptarum. Necnon occasione certarum iniuriarum circa eandem receptionem actoribus illatarum. In qua causa Officium praedictum Consulare eosdem Citatos a causa et impetitione actorum liberos pronunciaverat, perpetuum silentium eisdem imponen. Ratione vero violentiae certis personis per citatos illatae debere actores si voluerint querellam suam contra easdem personas specificate sigillatimque dirigere, cum eisque iure agere. A quo decreto actores ad nos judiciumque nostrum appellaverant. Quemadmodum processus istius causae et controversia partium, latius de praemissis testatur. In termino itaque hodierno Judicii Relationum nostrarum propriarum, ex receptione causae ad nos per Assessores Judicii nostri facta incidente et hucusque continuato, Partibus praefatis Actorea per Famatum Mathiam Sowics, Citata vero per Spectabilem Joachimum Czepielowskij Consulem et Nobilem Casparum Olurowskij Mixta Syndicum Cracovien. Plenipotentes suos coram Nobis comparen. cumque terminum attentan. controversiasque suas repeten. Privilegiaque sua producen. et appellationem praedictam iudicialiter prosequen. Nos cum Consiliariis lateri nostro assidentibus, audita et ut par fuit perpensa partium praefatarum controversia, Privilegiisque per partes productis lectis, Sententiam Officii Consularis Cracovien. approbandam, et confirmandam esse duximus, approbamusque et confirmamus, cum ea tamen declaratione nostra, ut liceat actoribus praefatis tempore Nundinarum saltem quam diu iuxta jura et Privilegia Civitatis Cracovien. determinatae non fuerint, vestes cuiuscunque generis in Civitate Cracovien. vendere, modo ad conficiendas eas vestes, pannum non alibi quam apud Pannicidas Cracovien. in pannicidiis sive ulnatim, sive per stamina emant, neque eum aliunde adducant, vel in domibus suis deponant, ex nullisque aliis pannis vestes tempore Nundinarum venum exponend. conficiant, nisi ex iis quos apud Pannicidas Cracovien. ex pannicidiis eorum emerint, sub amissione rerum, seu vestium omnium, siquas aliter [illegible] confecerint [illegible] exposuerint. Quod vero res receptas attinet, decernimus ut eas citati actoribus restituant, quatenus restitutae non sunt. De violentiis quoque et verberibus Salvam actionem contra personas privatas parti actoreae reservamus iuxta praescriptum eiusdem decreti Consularis Cracoviensis, praesentis Decreti nostri vigore. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae feria quinta post Festum Sanctae Margarethae Virginis proxima Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimo Primo. Regni vero nostri Anno Quarto.

Joan. Tarnowski
R. P. Vice Cancell.

Relatio
Rdi Joannis Tarnowskij Crac. Wladisl. Lanciciensque etc. Praepti R. P. Vice Cancellarij etc.

P. Szczerbic



[illegible]
[illegible] 1591

Decretu Serenissimi Regis Sigismundi Tertij &c inter Pannicidas Cracovienses et Sartores Clepardiae de vendicione vestium in Civitate Cracovien. A° 1591.

X.

1591

N° 2do.